DIES NIVEVS
SIVE
ROMAE
IN REGINAM VRBIVM
PER SACRAS NIVES
INAVGVRATIO

Prosâ, & Carmine
celebrata à Sodalibus Congreg.
B. MARIÆ AD NIVES
Apud Patres S. MARIAE
in Campitello.

Ad Eminentiss. & Reuerendiss. Principem
FRANCISCVM BARBERINVM
S. R. E. CARD. VICECANCELL.





ROMAE, Ex Typographia Francisci Caballi. 1652.
Superiorum permissu.

Emin. & R. Principi

FRANCISCO BARBERINO

S. R. E. CARD. VICECANCELL.



ESTIEBAT pridem nobis animus, Princeps Emin.^me^, magnis tuis virtutibus, quibus iamdiu in hominum mentes obtines regnum, aliquod ſeruitutis obſequium exhibere. Tetigerat & nos generoſa illa tui fauoris ambitio, ſed hactenùs inauſi, magnâ ſpe, in aſſequendâ patrocinii tui, vſque ad inuidiam felicis fortunâ, adulari cupiditatibus noſtris, ſatis habuimus. Venimus tandem in

portum, & ſpem noſtram coronauimus, coronatum argumento libellum tibi ſiſtendo. Contulit Niueum diadema Eſquilijs Virgo; tibi ſeruatum, vt purpuram traderes. Spontè illæ ad te properant, Niueſque ſuas in purpuræ tuæ ſinum conijciunt, tunc illas, verè regales fore exiſtimantes; cum, felici, regii coloris contagione, melius quam minii conſortio, pretiosè rubeſcerent. Virgineas tunc planè illas probaturę, cum ingenuo pudore ſuffuſas, in oſtro conſpexerint. Non dubitarunt quin tu eas hilari vultu ſuſciperes, qui moribus candidis emines, cum etiam purpureo, impuri Cęſaris ſinu comitèr olim vidiſſent exceptas. Cepit etiam Niues ipſas, fortunæ ſuę confidentia, Regemque adire, non recuſarunt, cum ſcirent ſe, non à plebeio aliquo, ſed regio ſidere cecidiſſe. Reptare ambierunt in purpurâ, quę naſcebantur Patriciæ. Secundauimus, nos quoque iuſtiſsima illa-

Euſtath. in Commẽt. ad lib. 11. Iliad.

Martial. l. 4. Ep. 3.

S. Ambroſ l. 5. c. 21. Hexaem.

illarum vota, & Apes tuas, Virgineum animal, ad Virginem inuitauimus; rati; optimè cum Niue, quam leo despumasset Apibus conuenire, quę in illius quōdam ore, mel confecissent. Ad Esquilinę Niuis candorem, pręmio fœcunditatis aduocauimus, scimus enim, fœcundiores apum, candidas esse. Purioris nectaris illæ discent opificium si Lilijs Virginis insideant. In Regali Niue, regiis & ipsę honestabuntur insignibus. Esquilinus candor, non tam Romæ, quam illis diadema conficiet, quandò, regię Apis insigne proditur: *In fronte macula, quodam diademate candicans*. Patere igitur, Princeps Eminentissime, candidum inauguratę Vrbis diem, in Aurorâ purpurę tuæ, solem sibi orientem aspicere. Fas sit, ad qualescumque Musas nostras, Apes tuas, verè *Musarum volucres* aduocare. Nouimus enim, te, non tam Vaticano illustrem esse, quam Pindo, non alio Apolline, quam Maximi Pa-

Iudic. 14.

Plin. l. 11. c. 18.

Plin. l. 11. c. 16.

Pierius l. 26 ex Varrone.

trui

trui tui domestico Numine afflatum. Legimus nobile illud, inter Lauream Purpuramque in te vnicè ornando dissidiũ, ità ab ingenioso Vate compositum, vt in tuo vertice, gloriosè vtraque triumpharet, caussâ subditâ.

Sarbieuius in Epig. ad Fràcisc. Cardin. Barberinum.

Laurea Vatis erit, Purpura Regis erit.

Exiguas, fatemur, ingenii nostri vires; & leuioris Mineruę vix capaces; Videri tamen poterit; nos assequutos, & operis argumento; candidũm illum dicendi characterem; quem in Vlysse; Vatum Maximus commendauit; vtpote hibernis niuibus similem; & qualem, idem laudat in Nestore; Apum tuarum patrocinio; mellitum. Vale.

Homer. l. 3. Iliad.

Hom. l. 1. Il

Eminentiæ Tuæ

Clientes addictissimi

Sodales Cong. B. Mariæ ad Niues
apud Patres S M. in Campitello.

Can-

CANDIDO LECTORI.


TA ne, inquis Candide
Lector, in vnum tantùm
diem, Virgo liberalitatem
ſuam extendit? adeò ne
anguſti animi Auguſtę Ni-
ues? Mirum fuerat, ſi a-
liud beneficium Nix æſti-
ua præſtitiſſet, quam
ἐφήμερον. Sed parce, quiſ-
quis ſic loqueris; Vnus dies eſt, ſed quem præ cæ-
teris niueo calculo ſignes. Niueum diem habes,
ſæculum iam vidiſti. Gratulatur ſibi candidiſſimæ
illius lucis beneficium præ alijs Roma; in illâ enim,
regnandi omen accepit: Eſquilinæ Niues, quæ
cunas illi proximo anno fecere, hoc, ſolium do-
nant; tunc faſcijs, nunc diademate illam præcin-
gunt; Sed vt rem teneas apertiùs, audi. Sacra-
rum Niuium laudibus, ſolennem adhibituri Pane-
gyrim, muneri noſtro facturos aliquâ nos ex parte
ſatis putauimus, ſi nouo aliquo argumento, vetu-
ſta iam earum decora proponeremus; Duximus
enim ſemper, in hac re præcipuum, ſi quotannis
idem dicturi, idem non diceremus, Solſtitialis il- Liuius de cad. 4. l. 5.
lius cœnæ ingenioſâ ſtructurâ vſi, in quâ multæ &
variæ vſque ad miraculum, venationis, animalis v- Plutarch. in T. Quintio.
nius caro, exiſtimationem conuiuis induxit. Satis
glorioſum arbitrati ſumus, ſi in noſtram Niuem
illud poſſet argutè Tertullianus iactare, *Nunquam* Tertulliá. de Pallio.
ipſa, ſemper alia, & ſi ſemper ipſa quandò alia. Acto-
tis illius Proteum ingenium imitati, qui ſolus Manil. l. 5.
per omnes

Ibit

Ibit personas & turbam reddet in vno.

Virgil l. 9. Ne semper tanquam Tyrones inglorij, in castris Palladis, *parmâ albâ* pugnaremus; illam subindè quæsitis coloribus variauimus. Sacras Niues, non tam agrorum, quam ingeniorum fœcunditati vtiles, experti, putauimus traditam nobis in illis, vt dicitur, albam paginam, cum amplissimâ illâ Vatum,

Horat. in Ar. ec. *Quidlibet audendi*, facultate. Vsi illâ sumus, Sacrasque Niues, tanquam diadema candidum Romæ in Vrbium Reginam inaugurandæ, à Virgine

Plin l. 33 c. 3 impositum, interpretari placuit. Inaugurationis DIEM, à genere apparatus, NIVEVM diximus; vt

Xiphilin. in Nerone. olim Aureum accepimus diem illum appellatum, quo Nero Teridati Armeniæ Regi coronam imposuit, eo quod Pompeij Theatrum, augendæ pompę causâ auro tectum fuerit; totumque peragendæ inaugurationis instrumentum, similiter aureum; Mos enim fuit eius Principis, ferreo animo, & Au-

Sueton. in Nerone c. 31 reâ domo gaudere. Habes consilium nostrum, Amice Lector, superest, vt tu quoque, ne pompam macules, vel in vnum diem sis Niueus. In

Suet. ca. 38. in Aug. Virgineo Theatro pullatum neminem volumus, non id patitur Augusti exemplo, Nix Augusta. Candidabit te vel inuitum, vt de quodam qui inter albatos spectatores, nigris vestibus consederat, cecinit Martialis.

Martial. l. 4. ep. 2.

Toto Nix cecidit repentè Cœlo
Albis spectat Horatius lacernis

Procul à Niuali Zonâ AEthyopes. Si liuidus quisquam, & censoriam supercilio nubem præsefe-

Iuuenal. Sat. 10. rens, consederit, iam edicimus vobis *Niuei Quirites*: & vnicuique vestrum satyricum illud insusur-

Horat. lib. 1. Sat. 4. ramus. *Hic niger est, hunc tu Romane caueto*

Etiam si Prætor sis, dum spectator ades, non tu mu

neri

netis est *Theta nigrum figere*, sed *Cretatam*, hoc est Niueam Mappam mittere. Vel si tamen est iudicandi animus, in alterum diem, cognitionem differ, & intereà illud ex veteri formulâ pronuncies, *Non liquere*. Niueam personam indue, vel exi, alioquin inter Cycnos, Coruus rideberis; vel, quod melius est, seriò & semper sis candidus, ne cras in te aliquis mirabundus irrisor pronunciet infelicem Metamorphosin.

Tam subitò Coruus, qui modò Cycnus erat?

Vale.

Theta Praetoris signum. Martial. l. 7 ep. 37. Nigrum appellat Persius sat. 5. Cretata Mappa Martial. l. 12. ep. 29. Pierius l. 17. ex Asconio. Martial. l. 3. epig. 43.



Imprimatur; ſi videbitur Reuerendiſſ. P. S. P. A. Mag.

Aſcanius Riualdus Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Vincentius Fanus Socius Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

DIES NIVEVS,

SIVE

VRBIS ROMAE INAVGVRATIO

In Vrbium Reginam, per ſacras

NIVES.

Oratio.

A Marco Antonio Matthæuccio dicta.



CANDIDVM planè diem, & niueâ gemmâ ſignandum, Romano Orbi illuxiſſe tandem, Eſquilinæ Niuis beneficio, gratulamur, Auditores. Atras olim, ſanguineaſque luces ille tanquã mali, gerendis publicis rebus, ominis, faſtis damnatas expertus, felicium dierum albo, album diem, veluti coronidem, coronaturum adſcribit. Macrob. l. 1. c. 16. Saturn. Nec mirum, candidè, radiaſſe Solem, qualis enim fulgeret in Virgine, niſi candidus? Puritatis Aurora non purpurâ, ſed lacte ſemitam ſpargit, non roſis Cælum coronat, ſed lilijs. Ex obliquo ſigniferi Orbe, Solem Virgo in Galaxiam detorſit, vt quam olim, errore ſuo candidam fecit, candidus ipſe viator perambulet. Manil. l. 1. Flammeum diem, cum primum

auream ſtellarum planitiem, ſemita lactis, aperuit, tanquam funebrem orbi facem; Solis filius adduxit, ſi fidem vatibus habeamus.

Manil. l. 1. *Quorum carminibus, nihil eſt niſi fabula Cælum.*

Veriùs autem, dum ad releuandos fulminati propemodùm æſtiuis ardoribus Mundi æſtus, Nix Auguſta deſcendit, liceat mihi proferre, diuini Solis Matrem, per eadem veſtigia, ſiderum Principe reuoluto, Niueam lucem attuliſſe; Par erat, vt maximæ Vrbium, tanquam Reginæ, Niueo diademate inaugurandæ affutura dies, regium & ipſa inſigne capitis oſtentaret, Niueam videlicet Zonam. Auream diem, quod Armeniæ Regi, diademate decorando, Pompeij Theatrum pretioſè palleſcere, Cæſarum aliquis iuſſerat, Romano Cælo affulſiſſe, Maiores veſtri, Quirites, credidere. Negem ego, huic fortunatiſſimæ luci candidum nomen, dum niueo in Theatro, regium ſtemma, illâ teſte, & conſciâ, vni è ſeptem triumphantis Romæ verticibus, Auguſta Cælorum imponit? Itâ planè Auditores, candido Niuium contextum vellere, diadema Vrbi circumdatum eſt; quandò, Regum capiti, albas lanę vittas, inſigne ſummi faſtigij, legimus præſtitiſſe. Mentiatur ille qui Niues, *montium pœnas* appellauit; iam enim, illas experimur, non pœnas montium, ſed coronas. Cernimus in Eſquilio, quod in Eufrate quondam miratos accolas, memorię proditum eſt; vt enim viſum ab eis flumen, *Albentibus ſpumis in modum diadematis ſinuare orbes*, ſic in Eſquilijs candidiſſimę Niues, quæ nil aliud ſunt, quam *Cæleſtium aquarum ſpuma*, candore ſuo, veluti diademate, verticem montis coronant. Fuit olim, cum in Vrbis excidium, veluti torrens, ex Alpibus pręceps Hannibal inundaret, vt in editiſſimis illis, Cæloque minantibus iugis, quibus, velut in propriâ ſede regnatrix hiems, perpetuo ſe frigore.

Xiphilin. in Nerone.

Plin. l. 33. c. 3.

Alex ab Alex. l. 1. c. 28.

Silius l. 16.

Plin. l. 19. c. 4.

Tacit. l. 6. Annal.

Plin. l. 17. c. 2.

gore tuebatur; Militum plurimi, duratâ Niue, ab incessu, tanquam *pedicis* tardarentur. Benè est, Auditores, Romanorum hosti, Nix fuit pro compede, ipsis aliquandò futura pro diademate. Par erat, vt idem, & inimici seruientis, & Victoris regnantis esset indicium. Roma Alpinis Niuibus aduersarios suos, seruilitèr vinctos aspexit, se Esquilinis coronatam visura: Persarum ritu, Vrbs nostra in Reginam inaugurata est, in templo, videlicet; quid ni? cum Niues templi designatrices regni omen habuerit, tantò feliciori sorte, quantò Palladi præstat Maria; lactis etiam poculo, Virgineo pectori, tanquam *regum* ad mota *mammillis*, in Esquilinis Niuibus prægustato. Saluete felices Esquiliæ; Salue *mons* verè *in vertice montium*, *mons coagulatus*, lacteâ viâ supertè in Niues delapsâ. Tu es vertex ille vmbrosus, in quo, *Cœlestis*, non *discernit reges*, hoc est, frangit & debellat, sed facit. Seruieras olim, turpitèr sanè, seruieras, cum seruili plebe in te sorte coniectâ, pudendum mancipiorum euaseras domicilium. Eluit hanc maculam Virgo, & Niueo stemmate te Regem præcinxit, vt ex ijs tu quoque esses, qui *de carcere & catenis*, Oraculo Sapientis *egrediuntur ad regnum*. Agnouit in te primæ originis suæ sortem corona. Coronâ enim, si fas est vatibus credere, primus comas ornauit Prometheus, vt in Caucaseâ rupe perpessæ, seruitutis maculam aboleret. Experta est in Esquilio, quod olim vidit in Caucaso. Seruile stigma quod Tribus Esquilinæ fronti, Fortuna quondam inusserat, diademate Virgo contexit, quandò & tegendis vulneribus regiam vittam adhibitam, Lysimachus contestatur, & Roma ipsa in Diademato suo olim agnouit. Adde Sapientissimi virorum sententiâ, in Regum frontibus non nisi vulnera coronari. Iactet nunc, nescio quis, in alienæ virtutis laude prodigus,

Liuius dec. 3. lib. 1.

Plut. in Artaxerxe.

Isai. 60.

Isai. 2.

Psal. 67.

Ex Caiet. interpret.

Liuius dec. 1. li. 5.

Eccl. 4.

Aeschylus in Promet. Athen. l. 15 c. 5.

Plut. in Alex.

Plut. in Coriolano

Seneca epist. 80.

Plin l.7 c. 28. e meritos à fortiſſimo milite *Coronarum aceruos*, Roma enim, ſi non coronarum, ſaltem coronatum montem, manu Virginis ſibi in regni omen traditum, oſtentabit. Doluiſtis olim, immaturo exitu delicias veſtras in Tito Cæſare extinctas, doluiſtis, Quirites; Generis humani amorem, inter Niues, fraternâ fraude, mortis rigorem contraxiſſe, dolori veſtro indulgentes illacrymaſtis. Erigite iam ſpes veſtras, & ereptum à Niuibus Cæſari cum vitâ regnum, per Niues reſtitutum, vobis excipite; Nix iam non occidit Reges, ſed facit. Coronarium argentum, vt olim à Prouincijs aurum, tributi loco exigere ſolebatis, Cælo iam veſtris obſequijs addicto, à ſtellis in Niues delapſum, recipite. Non aliam vobis conferre poterat Niuem, quam regiam, regium Leonis iubar. Non aliam donare poterat Virgo coronam, quam de *Virginitate candidam*. Inter veſtras coronas, ſola illi quam vobis traderet, placuit *hiberna*. Ex veteri ſuſcipiendorum Principium more, Roma in aduentu Virginis coronata eſt; ſed quam melius geſtaret coronam, quam Niueam, Virgini plauſura. Eat nunc, *regali* titulo, quo à ſacris literis decoratur, ſuperba Gabaon; oſtentet, ſuis victorijs, nimbo grandinis nubes armatas, & prodigioſo Solſtitio, pro ſuis mænibus cum ſtellato milite, Solem in ſtatione conſiſtentem; Vrbem enim Romanam, non tuentur modò ſidera, verùm, non ſaxeo, ſed molli nimbo reſoluta in Niues coronant. Plus eſt, triumphos ſuos, Auroræ debere, quam Soli. Iactet felicitatem ſuam, & non tam loci, quam incolarum, ingenio, *palmarum* ſe *Ciuitatem* efferat Iericho; plus Romæ hilia Virginis tribuerunt. Senſit illa vocem argenteam murorum ſuorum, quibus veluti coronâ non tam muniri, quam ornari vrbes conſueuere, deſtructricem; Roma non ſpoliata, ſed aucta coronâ, eſt,

Marginal notes: Xiphilin. in Tito. — Vide Lipſ. l. 2. c. 9. de Magn. Romanâ. — Aug. Serm. 37 de ſanctis. — Plin. l. 21. c. 3 — Ioſue c. 10. — Deuter. 34. — Ioſue 6.

molli

mollitacitæ Niuis argento. Efferat suas opes Tyrus; *& in corde Maris sita*, se procellis ostentet, & tempestatibus imperantem. Regnum deposcat, quod infectas pretioso veneno purpuras, regnantibus mittat; verius tamen imperandi augurium, Romanæ Vrbi, Esquilinæ Niues præstitere. Illa, Regem suum, è sacro *monte*, actum Dei manu præcipitem, inter miserrimæ seruitutis defleuit angustias, Hæc in Virgineo colle, regijs sese indutam insignibus, gratulata est. Illa *montem vulnerantem*, ista coronantem persensit. Benè cepit Roma esse Regina, cum cepit esse Virginea. Regnum Vrbis, calcatis olim in Lucretiā pudoris Niuibus, Tarquinius amisit; Meritò regnare rursum incipit Roma, dum Niues colit. Diadema Vrbis, quod Sextus perdidit, Sextilis restituit. Libet nunc, inaugurationis pompæ, Vrbium aduocare Panegyrim; in verba regnantis Vrbis, iuraturas admittere Ciuitates. Adeste iam, *& videte* Reginam vestram, *in diademate*, *qua illam*, *Mater* diuini Numinis *coronauit*. Submitte mœnium tuorum, vsque ad miraculum elata fastigia, superba Babylon; Disce frēnum pati, Romanæ gloriæ, aut æmula, aut obliqua Carthago; illius nomen obscurum, Esquilino cedat candori; Hæc meliorem Cęlestem, in Romanæ Vrbis gloriam, è Leone, non fulmina, sed niueas spargentem coronas veneretur.] Incipite Romanis plaudere Sceptris, *in Regnum oris Athena florentes*: Tuque gemino Corinthe imminens Mari, Mariæ Vrbem, pronis adora verticibus. Adeste, loquaces, vestris oraculis Delphi, & fatidicas lauros, meliori Numini dedicate. Barbarorum exercitum, sub mœnibus vestris, Niue obrutum aspexistis, cum Pythius se pro vobis cum albis Virginibus decertaturum respondisset; Roma, candidissimam

Vir-

Ezechiel. 27.
Ezech. 28. Mons qui in Ezechiele vulnerat Principem Tyri Hieron. in Ps. 67.
Liu. l. 1. dec 1
Cantic. 3.
De Cęlesti Carthaginiēsium; Vide Apul. 6. Met. Tertull. c. 24. Apolog. Aug. l. 2. c. 4. de Ciu. Dei. Eius figuram habes apud Baron. T. 2. Annal. A. 210. Manil. l. 4.
Cicero l. 1. de diuinat.

Virginem, Soli suo semper adiunctam; non bellatricem modò, sed & coronatricem experta est. Desine aureum imbrem Rhodos extollere; illum enim, Niueo minorem, fateare necesse est; Eclipsim Soli tuo, non tam Barbarica, quam Virginea Luna iam induxit. Rosas tuas, lilia Virginis deuicere. Praite vos; inter Vrbes veluti purpuratæ, cæteris famæ minoris & gloriæ, & adorabundo genu, Reginæ vestræ, per manus Virginis, Niueo diademate indutæ, verbis ex Veteri formulâ conceptis, quod Orbis audiat, quod Cælum probet, faustis acclamationibus apprecamini, æternùm *Viuat*. Dixi.

Ῥόδον Græcis Rosa.

1. Reg. c. 10.
3. Reg. c. 1.

D I X I.



DIES NIVEVS,

SIVE

ROMAE

In Vrbium Reginam inauguratæ

PER SACRAS NIVES

PANEGYRIS.

Ab Antonio Colutio dicta.



Egnat, io superi, Niueo diademate tandem
Regales euincta comas, cœloque superbam
Erigit albenti redimitam stemmate frontem
Roma. Triũphales iã purpura tẽdat amictus
Bis Tyrijs saturata vadis, & pallida multo,
Fulguret ad solem; vel solem prouocet auro.
Exere laurigeras aurato fasce secures
Lictor ouans, ipsas tante in spectacula pompa,
Fronte coronatas liceat producere mortes.
O niuei soles, & designanda lapillo
Candidiore dies! manibus date lilia plenis
Pierides superum, regales fundite flores
Regnanti; multo vos plenos numine cantus
Ducite, nam vestras, amor est Helicone relicto
In mea sidereas deposcere carmina lauros.
Fortè, dies, tacitas, regnandi mouerat Vrbes
Ambitio, latâque alijs de sorte dolentes,
Quod sine Rege fremunt, clamant, squallebimus ergo
Indecores semper? per amanos lilia flores

Attollent dominas auratâ fronte pruinas,
Alato volucrum, felici sorte fruentur
Imperio, dignasque ferent ad fulmina vires
Victrices Aquilæ; celso dignatus Olympo,
Auratâ fundens, stellarum flumen ab vrnâ,
Eridanus regnabit aquis, per tempora fulgens
Heliadum lacrymis, ceu monstret Regibus ipsos,
Planctus esse loco diadematis, esse dolores,
Otia nos ingrata iuuant, & marcida semper
Libertas, dubijque effusa licentia regni?
Alterius semper sceptris seruire parata,
Cur non paremus nostris? sub Regibus esse,
Si fatum est, eadem quoque nos in fata venimus,
Poscimus Augustam, quæ regnet in Vrbibus Vrbem.
Protinus, ætherias, qua culmen tollit in auras
Nubila contemnens, ipsisque minaciter astris
Turgidus insultans, venti securus & imbris,
Aut rapit, aut Cælo nomen largitur Olympus
Ire parant; summi nam per fastigia montis,
Quà lux candidior, nitidique in luce sereni
Est animæ impatiens, & non spirabilis aer,
Detegit immersum, nigrâ caligine verum
Inscribens cineri Numen (nisi me mea laurus
Decipit) & sparsis oracula figit arenis.
Hinc populi sua fata petunt, hic sceptra leguntur
Regibus, hic dubius fortunæ panditur ordo,
Quidue Toga præstet, quid sæuis discitur armis;
Huc properant Vrbes. Primum populosa per agmen
It Babylon turrita comas, centumque superbis
Cum famulis, Ciuem Crete mentita Tonantem.
Fluctibus assurgens medijs, Tyrus adstat, amictu
Purpureo regale nitens, diuisaque centum
Attollunt portis pendentes pergama Thebæ.
It pulchros euincta rosis Rhodos aurea crines,

Et

Et multum de Sole tumens; oleàque virenti
Tollunt, Palladiæ redimitum culmen, Athenæ.
Adfuit & gemino faciens diuortia ponto,
Inÿciensque Mari durissima frana, Corinthus;
Fama est, Ionÿs Aegeas fluctibus iras
Cumque freto pugnasse fretum, custode remoto,
Et conata diù fluctus inuoluere fluctu
Aequora, spumantes prope commisisse tumultus.
Quo te Roma loco, quo te Romæ amula linquam
Effera Carthago? regni quoque nobilis ardor
Vos tetigit; subit vna minans, potiusque videtur
Qua regnet, quam regna petat; regalis in ostro
Ignescit, mistoque chlamys succenditur auro,
Celsaque septeno cinguntur tempora monte.
Altera Marmarici spolio succincta Leonis
Quamuis victa fremit, sequiturque inuita regentem,
Attollens animos, namque illi multus in ore
Hannibal, & Cannæ, Romana busta iuuentæ.
Plebs sequitur, quamuis non tantæ munera poscens
Fortunæ, aut fatis adeò confisa benignis;
Regnanti plausura venit. Fastigia summi
Iam tenuere iugi, mersumque in puluere fatum
Dum quærunt, tenues, vt cordis anhelitus auras
Hauriat, oppositâ cogunt humescere lymphâ;
Sollicitè circùm tandem scrutantibus, altæ
Sors patuit, mersumque diù penè, atque sepultum
Tale ibi fatidicæ seruabant carmen arenæ.
Ibit magnanimas altè R E G I N A per Vrbes
Illa, per æstiuas, niueo diademate flammas
Cui cinctus fulgebit apex, gelidamque leuabit
Candida Virgineo redimitam stemmate frontem.
His ergo, dubiâ quamuis sub nube latentem
Fortunam tulerint, hilares ambagibus Vrbes
Discedunt; spe quaque sibi blanditur inani,

Regalesque Niues, & candida signa reposcit.
Vix tamen, extremum viridi qua margine montem,
Vallis amana ligat, stellataque floribus ambit
Planities (celso, nam sicut sidere vertex
Ornatur, vario tegitur sic flore crepido
Et gemino clausus Cœlo consurgit Olympus)
Deuenere, fidem, cum candida soluere Virgo
Decreuit; Pigri post torrida lumina Cancri
Tempus erat, rabido latrat cum Sirius astro,
Et sine nube suos rugitu fulminat ignes
Augustâ sub luce Leo; subit illa frementem
Nimborum patriam, possessaque nubibus atris
Limina; tunc nitidi violatâ luce sereni
Ire iubet Borean, gelidisque armare procellis
Nubila; consurgens, pennas citus ille niuales
Excutit, & toto pendentia flumina Cœlo,
In glaciem rigido concrescere murmure cogit.
Tunc Niuibus certante manu, de nube rigentes
Virgo Niues tollens, regali in vertice Romæ
Sparsit, & albenti redimiuit tempora nimbo,
Quauè coronantes, felici culmine, colles,
Esquilia iungunt socia, candore Niuali
Regius hæsit honor. Regnantem protinus Vrbem
Plausibus excipiunt comites, fremit omne tumultu
Aequor, & ingenti quatiuntur murmure Siluæ.
Sic vbi cum totis, Eurusque, Notusque profundo
Incubuere mari, fluctusque ad sidera tollunt
Viribus, it latè circum mugitus, & vndis,
Respondent venti, ventisque admurmurat vnda.
Parcius, immani per Lagi rura fragore,
Nile tonas, illoque sonus non vincitur iste,
Quo das præcipites, spumanti è rupe procellas.
Fertur, io, clamans, celsas Regina per Vrbes
Roma, cui niueo cingit diademate crinem

Virgo. Iam sceptrum, celsique insignia regni
Purpureas admitte togas, elataque summum
Scande ebur, & niuea fastigia comprime sedis.
Tende triumphales per mundi limen vtrumque
Aequatas cum sole manus; tibi decolor Indus
Pareat, & nostro faciens discrimina mundo.
Obsessa Oceano tibi seruiat vltima Thule.
Barbara victrices, tibi palmas nutrit Idume,
Cadit odoratas felici germine Siluas
Mollis Arabs, Thuris pretioso è vulnere pulchræ
Descendunt lacrymæ; gemmis tibi diues Erythra
Defluit, & fului spumat Pactolus in auro.
His vbi plaudentes fremuerunt, vocibus Vrbes
Attollunt Dominam, viridique è cespite texto
In solio, sublime locant; mox omnis ad illam,
Accedit supplex, & non sinè munere adorat.
Carthago, saui direptam fronte draconis
Dat gemmam, subditque, Tibi seruire venena
Edidicere, truces norunt mitescere mortes.
Barbara, sublimi candentia lilia culmo
Susa gerens, Niuibus, quas Cælum detulit, inquit,
Hortorum coniunge Niues; regalia, Sido
Munera dat lanas; hæ, dixit; muricis ardent
Sanguine, tu victrix, magis illas vulnere tinges
Hostili; ex auro, geminum pro munere sidus
Felix Sparta dedit; saui duo Numina ponti
En ait, obtulimus; nostri tibi luce benignâ
Castores effulgent; sed non tua lumina vincunt.
At Rhodos, inde rosam proprio de nomine sumens,
Purpureis, inquit, digna est, quæ frondibus ornet.
Reginæ Regina comam; pretiosa sequuta est
Taprobane, complexa pedes, has accipe, dixit,
Astrorum lacrymas, nunquam tibi tristior isto
Contingat gemitus. Regalis conscia fontis

Alta Chimæra ferens infecta Ceraunia flammis
Tradimus, en, inquit, pretioso fulmina partu
Delicijs fecunda tuis. Dant laurea Delphi
Munera, Apollineas hac ornant voce coronas
His præcinge comas, te nunquam fulmen aduret.
Hæc hilari postquam, suscepit Regia fronte,
Obsequia, & famulas Vrbs est elata per Vrbes,
In Latias reditura plagas, sublime per auras
Cepit iter, plausu sociæ comitantur euntem;
Atque volans patrias vbi primum contigit arces,
Fertur ad Esquilias, altâque è fronte reuellens
Albentes niueo colles diademate, supplex
Has fudit tibi Virgo preces. Salue, Optima, salue
Terrarum Cœlique potens, cui sidera crines
Intexunt, Solis regale accenditur auro
Syrma, micant Niueæ Lunari fulgure plantę
Per te sceptra gero, per te diademate frontem
Cingere, & illustres licuit mihi prima per Vrbes
Efferri; supplex venio Regina, *tibique*
Cum Sceptris, ipsâque libet seruire coronâ
Annue diua precor, nec quæ tu regna dedisti
Desere; regali placeant tibi culmine semper
Esquiliæ; semperque mei regnare ferantur
Ornati Niueo, Niuei diademate mores.

Dixi.

IL GIORNO DI NEVE,

OVERO

Della Coronatione di ROMA in Reina delle Città,

Fatta per mezo delle sacre NEVI.

Oratione.

Detta da Pietro Giani.



OMA che come fù la primogenita della virtù, così fù la Signora della Fortuna, non ispiegò mai all'imprese magnanime il volo generoso delle sue Aquile, che in vn tempo medesimo non aggiungesse nuoue ali alla fama; prouando nell'arme de'suoi Campioni, e nelle penne de'più rinomati Scrittori tributarie della sua gloria, congiurate alle sue grandezze tanto le spade, quanto le lingue; gli allori, quanto gl'vliui; i Campi, quanto i Licei; Marte quanto Minerua, restando vgualmente trionfatrice, e dell'obliuione, e del mondo. Onde, non tanto per vedere alle sue vittorie spianati i monti più confinanti co'l Cielo, placati i mari per le tempeste più infami, soggettati i popoli, per lo valore più potenti, per lo numero più formidabili, per i costumi più barbari, numerando con le battaglie le palme, con i cimenti i trionfi, con le ferite gl'allori, quanto per la serie honoreuole de'gloriosi titoli, fastosamente si vanta. Mà tra tutti quelli, co'quali, *a* Dea delle genti, *b* Genitrice di Rè, *c* Madre dell'eloquenza, *d* Patria della Libertà, *e* Rifugio delle Leggi *f*, Tempio della virtù, *g* Signora della

a Martial. l. 1. ep. 8.
b Claudian.
c Cassiodor. l. 1. ep. 39.
d Sidonius l. 1. ep. 6.
e Sidon. ibid.
f Cassiod. l. 1. ep. 39.
g Ammian.

della terra, *h* Oceano de' popoli, *i* Miracolo del mondo *n* e figlia dell' eternità s'addimanda; vno io ne ritrouo Signori, che quanto fu dall' adulatione ingegnosamente inuentato, tanto par che dalla verità fosse di temerario conuinto, e fu questo, REINA delle CITTA, in cui sembra che vn lume chiarissimo degli Scrittori *o* Greci, della trionfante Roma, epilogar volesse le glorie; Poscia che, se al parer d'vn gran Principe *p*, non tanto Romano, quanto Christiano, anzi Romano perche Christiano, non ha questo felice nome di Rè per testimoni della sua verità i fasci, e le porpore, e per insegne, solamente i diademi, e gli Scettri; ne resta all'hora basteuolmente prouato, quando la Media fà vedersi sotto'l giogo, la Persia mostra i raggi del suo Sole ecclissati dalla nuuola di seruitù, l'India piange il suo biondo metallo, già il più bel pregio delle sue pompe fatto ministro crudele delle sue sciagure, non meno prigioniera, perche incatenata con l'oro, e *l* Sericani hanno à se stessi filatri i vincoli per render serua la sua libertà, che in fine tutto ciò serue non à toglier, ma come disse vn *q* Sauio Monarca, à render più gloriosa la seruitù, essendo i vincoli d'oro *r* più pretiosi, ma non men graui; Ma all'hora sì bene, basteuolmente si mostra, quando nella Republica del picciol suo mondo, alle leggi piaceuolmente Tiranne, delle passioni sempre contumaci e ribelle, non si soggiace. Hor chi non sà, quali procellosi ondeggiamenti, e tempestose borasche prouasse questa gran Città, hor per le furie del vulgo sfrenatamente tumultuante, hora per gl'interessi priuati della sua nobiltà superbamente regnante? tanto che, più di serua, conuenitsele il nome, che di Reina, io stimo Signori, e stimerà meco qualunque pesando le cose con le bilancie del giusto, eleggerà più tosto di compatire, alla sua vera miseria, che di farsi adoratore della sua vana fortuna.

La Vergine, Signori, la Vergine, s'è fatta hoggi con le sacre Neui, asserttice à Roma d'vn nome si glorioso, mentre con que' candori innocenti, apportando la candidezza de' costumi più santi, nel bianco Teatro dell'Esquilino il Diadema l'impose, dando augurio à questo giorno felice, che potesse chiamarsi di Neue, come già vn profano *s* Principe, fece che Dorato s'addimandasse quel giorno, che per render più maestosa la pompa del cinger la fronte d'vn per-

sonag.

Aristides. *h* Hesiod. *i* Ammian. l. 14. & 15. Frontin. de Aquæduct. Auson. & alij.

o Athenæus.

p Theodosius apud Claudian in 4. Consul. Honorij. Tu licet extremos latè dominere per Indos. Te Medus, Te mollis Arabs, Te Seres adorent Si metuis, si praua cupis si duceris ira Seruitij patiere iugum.

q Antiochus apud Aelian. l. 2. Var. hist.

r Splendidiore nunc eos catena, sed multo grauiore vinctos esse. Liu. dec. 4. l. 5.

s Xiphilin. in Nerone. Plin. l. 33. cap. 3.

sonaggio reale, della corona d'Armenia, fè biondeggiare il Teatro del metallo più pretioso; essendo sotto Nerone, i secoli di ferro, & i giorni d'oro.

E per dar principio, a breuemente prouarui, quanto proposi, Signori, mi fù sempre di marauiglia non ordinaria cagione, che con vn segno medesimo di candore, e lo stato infelice de' serui, & il reale de' Principi, presso gl' antichi si denotasse; e che vn bianco medesimo facesse gl' vni bersaglio delle saette d'vna sdegnata, gl'altri de' fauori d'vna singolarmente benefica, e fauoreuol fortuna; e che in quel puro foglio, à questi scriuesse le porpore, i diademi, e gli scettri; à quegli, le pene, i vincoli ed i flagelli, e quanto seco, la sorte infelice di men che huomo ne porta. In proua di che, i maggiori vostri Romani, videro lacerato dal morso d'vn arguto Satirico; vn tale, che solleuato dalle bassezze d'vno stato mendico, per ischerzo della fortuna alle dignità più sublimi, sembrauali d'esser come la Fenice nato, nel mezo alle t palme trionfatrici, e di portar come u l'Aquile scritto con i raggi del Sole il priuilegio del sua nobiltà; o d'esser vscito alla luce, come il picciolo Diadumeno, col diadema sopra la fronte, e d'hauer sortito come il nipote di x Licurgo il Trono per culla, e non hauer prouati più noiosi vincoli che di porpora, y come Zara, quasi non fosse colui.

z In hanc Vrbem pedibus qui venerat albis.

Costumandosi con certa candida terra, segnare il piè de gli schiaui, come che inditio fosse ben manifesto d'vn anima veramente seruile, il portar sotto i piedi, in quel candore adombrata, l'ingenuità de gl'innocenti costumi; doue che l'insegne d'vn personaggio regnante, quasi appresso tutte le nationi altro non fù che il diadema sopra la testa, non d'altra materia, che d'vna candida fascia innocentemente composto. Di che, testimonio, Roma stessa tu me ne sij, che stimasti risorgere in Cesare le speranze reali, all' hora che sù la fronte d'vna sua statua, vna corona d'alloro mirasti, *a Candidâ fasciâ praligatam*; quasi che il far trionfare soura la fronte i bei candori dell' innocenza, fosse vn' argomento chiarissimo d'vna mente Reina.

t Tertullian. de Phœnice.
u Lucan. l. 9. & Claudian. in Præf. ad 3. Consul. Honorij. Cuspinian.
x Plutarch. in Lycurgo.
y Genes. 38.
z Iuuenal. Sat 1. De hac re vide Plin. l. 35. c. 17. & 18. Ouid. & Tibullum.
a Suet. in Cæsare c. 79

sta Città trionfante, fino da' suoi principij nella *b* Sabina Verginità barbaramente rapita pare, che si ponesse sotto i piedi quel bel cădore, che per lo spatio di molti secoli, sempre languente, e moribondo vi giacque? Di ò Roma, che giouaua che i tuoi Capitani, fino oltre le strade del Sole, portassero sù la punta delle lancie gloriosamente il tuo impero, se conculcata la purità, prouaui Antipoda quella bell'Alba, che potea farti nascere gli splendori della gloria più vera? Che giouaua che le tue Aquile fulminassero trionfatrici, ogni più barbaro è più remoto confine, se tu prouaui fulminate a' tuoi piedi quelle colombe, che poteano, non in vn mar di sangue, ma in vn bel fiume di latte scorgerti alla conquista d'vn più nobile impero, e far che sù la tua fronte i gigli, più de gl'allori, gloriosamente fiorissero. Poteui bene, tinger le porpore nel sangue reale delle conchiglie, che il candido bisso da te premuto, ti conuinceua di serua. Poteui bene, ne' tuoi Senatori, *c* stimati altretanti Rè, calcare, in argomento di nobiltà, la Luna *d* co'l piede, che que' candidi argenti, non tanto seruiuano per illustrare, quanto per ecclissar la tua gloria. Poteui bene far crescer le palme per coronar la tua fronte come Reina, che i gigli della calcata innocenza, ti rinfacciauano, imbiancandoti il piede, la seruitù; Hor, che fece la Vergine; ti ritolse di sotto le superbe piante quel conculcato candore, e soura vna delle sette tue teste; le quali (dammi licenza ch'io cosi dica) quasi Hidra felice inalzi per non mai morire alla gloria, sempre feconda, non di morti, ma di trionfi, sopra l'Esquilino, dico, il ripose, facendolo di segno seruile, insegna reale, con cui, nõ più soggetta, ma fossi dal mondo riconosciuta Reina, imponendoti in quelle bianchissime Neui il diadema del regno. Alzasti all' hora ben sì, non contro la Vergine, sette teste diademate, come quel Drago *e*, sù nelle stelle superbamente feroce, mà vna delle sette tue fronti, da lei medesima ornata del diadema; Anzi che, deposto l'ardire, facesti vedere in te placato il Dragone, essendo nell'Esquilino, custode piaceuole del parto di Maria, se gli fù crudele insidiatore nel Cielo. Sembra à punto, che volesse la Vergine praticar con Roma, quella non meno antica, che lodeuole vsanza, posta da quelli in costume, che nell' Ismiche, ò nell'Olimpiche arene; la corona gloriosamen-

b Liu. l. 1. dec. 1.

c Reges appellati Senatores Romani à Cinea Pyrrhi legato. Plut. i Pyrrho

d Lunulæ in calceis Senatorum. Iuuenalis Sat. 7. Martial. l. 1. Ep. 46. & lib. 2. Ep. 29.

e In Capitibus eius diademata septem. Apocal. 12.

mente acquiſtarono; poſcia che reſtando ſuperiori al cimento, non cingeano di quelle foglie vittorioſe le proprie fronti, ma ponendole in alcun publico luogo alla comun viſta de' popoli, pretendeuano di far conoſcere, che non tanto à ſe ſteſſi, quanto alle loro Città hauean le corone ſudate *f*, *Neque enim ipſi coronantur, ſed Patrias ſuas coronant*, ſcriſſe l'Hiſtorico; Poſcia che, hauendo ella, come glorioſa Reina di purità, la corona candida conquiſtata, dopò hauer eletta per ſua, queſta gran Patria del mondo *g*, come altra volta ſentiſte, volle nel mezo di lei, in eminente luogo ſoſpenderla, e ciò nelle ſacre Neui, poſe ad effetto, ſu l'Eſquilino, rimanendo quel monte non meno illuſtre per le vittorie della Vergine, che per quelle d'vn gran Romano, per le corone di Maria, che per i Trofei di Mario; queſti nella bianchezza de' marmi, quelle nel candor delle neui trionfando nelle ſue cime. Feliciſſimo monte! Vanti hora l'antico Atlante della ſua altiſſima fronte, coronatrici le ſtelle, che maggiori ſon di gran lunga i pregi dell'Eſquilino, mentre, non tanto hà per corona reale congelate in Neui le ſtelle, quanto è coronato da quella, dalla cui luce prendon la luce le ſtelle. Inalzi con prodigio reale il Mongibello le fiamme, e per quegl'incendi che le canute ſue chiome, oſſequioſi lambiſcono, il Principato s'aſcriua; che Roma, ſe vide *h* nell' Eſquilino, con l'augurio del fuoco già ſolleuato il ſuo Seruio alle fortune reali, hoggi ſe ſteſſa, per le ſacre Neui nel monte medeſimo, riconoſce di ſerua, conſtituita Reina. Veda già fulminati gl'allori, de' quali come trionfante, il ſuperbo capo portaua cinto l'Olimpo, e *i* nell' immote ſue ceneri, pianga le ſue glorie infelicemente ſepolte; che nella bella fronte dell'Eſquilino in quella canutezza innocente; l'inſegne del Principato trionfano, eſſendo, anco per ſentimento delle diuine ſcritture, la canitie vna bella corona per ornamento d'vna fronte reale *l*, *Corona dignitatis Senectus*; e diadema, impoſto a' i Principi dalla Natura, addimandò la candidezza del capo vn gran *m* Saggio. Che diceſti mai tu, Teatro della Romana grandezza, ſuperbo monte del Cam-

f Plin. l. 7. c. 27

g Argumentū enim ſuperioris Anni fuit, *Roma Virginea*,

h Seruius in Eſquilijs habitauit Liu. li. 1 dec. 1. Deinceps auget Eſquilias, ibique ipſe, vt loco dignitas fieret, habitat.

i Solin. in Poly hiſt.

l Prou. 16.

m Plutarch. An Seni Ge-

te? Tu, in cui si videro i diademi di tanti Rè debellati non ne trouasti pur vno, che per la fronte reale della tua Roma fosse basteuole, rimanendo spogliato di quella gloria, che rese il gran Pompeo si famoso, non potendo tu ancora, *n* *Vincere Reges, & facere*. Mirasti su le tue cime, già di corone, e di bende *o* adornato quel luogo, in cui doueuano per l'incenerito tempio della tua profana diuinità fulminante, gettarsi le fondamenta; Mà fù gloria maggiore dell'Esquilino il vedere in se, con le sacre Neui coronato lo spatio, oue del suo Tempio Reale, la Vergine sacrosanta i confini augusti prescrisse. Prese in te Roma, l'augurio dall'humana *p* Caluaria, che in te trouossi, d'esser' capo del mondo; Pregio riserbato fù all'Esquilino di coronarglielo, come à Reina del mondo. Non riputasti à gran torto tu Palatino, il vedere in altro monte, che in te, la tua Città coronata, come che non hauessi potuto honorar le sue porpore, come già haueui le fasce; il soglio, come la culla; ed accoglier quella regnante, come l'accogliesti nascente, vedendo intorno à lei spiegar l'ali trionfatrici l'Aquile Reine, come già l'haueui veduto appresso, il volo de *q* gl'Auoltoi rapaci. Forse quella corona *Ob Ciues r seruatos*, al parer d'vn grand'huomo la più gloriosa, che nella facciata Reale del Palagio d'Augusta, habitatore delle fortunate tue cime staua pendente; Ouero *s* quell'altra di rostri naualitessuta, che in testimonio d'hauer fin nel seno delle procelle velificato alla gloria, e fatto nascer, fin nell'arene le palme, appresso l'altra vedeuasi, non furon basteuoli, à dichiararla Reina, si della Terra, come del Mare? Mà apertamente hauereste voi stessi, chiamate ingiuste le vostre querele, e ceduta di buona voglia, ad altro di voi più felice la gloria, se saputo haueste, che la gloriosa fortuna di vedere in se coronati i Personaggi Reali, fosse pregio à quei monti soli douuto, che dalle Neui portano imbiancata la chioma, giusta l'oracolo del Re Profeta. *t* *Dum discernit*, cioè, *dum * constituit, Calestis Reges, Niue dealbabuntur in Selmon*. Onde, marauiglia non è se la Vergine, imitatrice del diuino costume, douendo elegger' vn luogo, per coronare in Reina, questa Città, lo prendesse nell'Esquilino Neuoso, adornandola di que'bei candori, in segno della real potestà. Partecipò la Vergine à Roma, quel pregio, di

n Val. Max. l. 5 cap. 1.
o Tacit. l. 4. hist. de Capitolio à Vespas. restituto; Spatium omne, quod templo dicabatur, euinctum, vittis, coronisq;
p Hic Capitolium est, vbi quondam capite humano inuento, responsum est, eo loco caput rerum, summamque imperij fore. Liu l 5. dec. 1.
q Plut. in Romulo.
r Nullum ornamentum Principis fastigio dignius pulchriusque est, quam illa corona ob Ciues seruatos. Sen. l. 1. c. 26. de Clem. Dio l. 53.
s Naualem coronam, f. fastigio Palatinæ domus, iuxta Ciuicam fixit. Suet. in Claud. cap. 17.
t Psal. 67.
* Ità exponit Hieronym.

di cui santamente si gloria ne' Salmi, il suo diuino Figliuolo con quelle voci, *u Constitutus sum Rex, super Sion montem sanctum eius*, hauendo somigliantemente, posto sopra la fronte di lei il Diadema del regno in vn monte oue le *x* sentinelle specolatrici vegliarono. Piangete pur'hora, che ben n'hauete ragione, montagne sfortunate di Gelboe, perche sopra le vostre cime, non dieno ne meno vna lagrima diuenute di ferro le stelle; non vi spargano sopra, le nuuole altro che fulmini, e quel sangue, che dalla ferita reale dell'infelice Saulle cadendo v'asperse, per farui sempre arrossire d'vna sceleraggine, a cui voi foste la scena, non sia mai cancellato, dall'innocenza dell'acque; e quando versa dall'vrna d'oro, le perle delle matutine rugiade l'Aurora; riuolga da voi l'humido piede senza pur d'vna stilla di quelle candide brine, aspergeri vostri aridi, e sitibondi confini *y*, *Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos*, posciache in voi fu del suo diadema *z*, spogliata la fronte d'vn Personaggio regnante. Voi però Gioghi felici dell'Esquilino godete sempre quella gratiosa pioggia di Neui, con cui la vostra bell'Alba, apportatrice del Sole eterno vi asperse, quanto che in voi, il diadema reale, non inuolato, ma conferito si vede. Chiamò già vn'anima sua diletta alla corona del regno il Signore, con quelle voci *a*, *Veni de Libano & coronaberis, de Capite Amana, de Vertice Sanir & Hermon, de cubilibus Leonum, de Montibus Pardorum*. Mà à te, ò gran Città di Quirino, non fù mestiere, per riceuer dalle mani della Vergine il diadema, come Reina, che dal tuo candido Libano, voglio dir, dall'Esquilino, partissi, poiche non doueui delle mani della Reina di purità, esser d'altro monte che candido coronata. Coronata non fosti tu dalle cime superbe del monte Amano, che già da te con la Soria debellato, serbaua sopra'l suo dorso *b*, gl'archi de'tuoi trionfi: Non da i Gioghi del *c* Sanir, benche egli con la sua luce, ti promettesse le corone del Sole, già da vn tuo vanissimo Cesare *d*, superbamente inuentate. Coronata non fosti tu, dall'amena fronte dell' Hermon

u Psal. 2.

x Siō interpr. Specula ex Hieron. in Psal. 2. Esquiliæ ab Excubijs dictæ. Ouid. l. 1. Fastorum.

y 2. Reg. 1.

z Et tuli diadema quod erat in capite eius. Reg. l. c.

a Cant. c. 4.


b Arcus additi Romæ, & in monte Syriæ Amano. Tacit. 2. An-

Pardi, quali già tu de' feroci lor popoli, per arricchir la pompa de' tuoi spettacoli, tante volte vittoriosa spogliasti; benche questi, sotto l'Impero della lor fiera regnante, cadere sopra altro monte, le Neui coronatrici, non mal credessero: Mà si bene dall'Esquilino, che coronato della bella fascia di latte, caduta nelle sacre Neui dal Cielo, il diadema t'impose. Fortunata, veramente, è felice; poiche tu sola prouasti, trà tutte l'altre auerato, quel bel titolo di Coronatrice, dalla Greca Melodia *f*, attribuito alla Vergine. Altro non rimane, se non, che tu generosamente t'adopri, sì che *g* niun'altro la tua corona t'inuoli, mantenendo sempre verso la gran Madre, la douuta tua seruitù secura in ciò di douer' esser tanto più Reina, quanto più serua.

f Hymn Grec. ap. Buteon.

g Apocal. 3.

Ho detto.



IL GIORNO DI NEVE,

Nella coronatione di

R O M A

Coronato dalla VERGINE con le Sacre NEVI RE DE GIORNI.

I D I L L I O.

Detto da Giouanni Mileti.



AL puro sen del Gange
Co'l flagello di Rose
A ferir l'ombre, e dissipar gl'horrori
Sorgea l'Alba ridente,
Pianser le stelle, e s'ingēmaro i fiori,
E la dorata fronte
Riuestita di luce,
A noi facea ritorno
Soura l'ali de l'Aure il nouo Giorno;
Quando l'eburneo piede
Da la soglia reale
Trahea del Sole eterno Alba più bella,
E tra' viui smeraldi
De le più vaghe herbette
Che de' beati Elisi

Faccian rider ne' prati eterno Maggio,
Con mille, e mille intorno
Amoretti innocenti
Al susurro de' Zefiri cortesi
Iua di fiore in fiore
Placidamente errando,
E con la man di neue,
I non sò se facendo,
O pur cogliendo i fiori;
Recidea dolcemente
La tenerella fronte
Sparsa d'humide perle,
Hor' al candido giglio,
Hor' al bianco ligustro,
O a la purpurea Rosa.
Per far del biondo crine
Vago margin di fiori à l'onde molli,
O pur con bel lauoro
Tranquillar co'l sereno
D'vn' Iride fiorita vn nembo d'oro.
Soura l'augusta chioma
Noua gratia s'aggiunse
A le fiorite pompe,
E diuenner sì belle,
Che non sò s'eran fiori, ò s'eran stelle.
Mentr'è la casta Diua
A sì bell'opra intenta,
Di quel loco felice in altra parte
S'vdia d'acerba ed inuecchiata lite
L'ostinato clamore,
Che tengon seco stessi i Dì venturi
In quell'amene sponde,
Mentr' aspettan la sorte
D'esser chiamati à dar la luce al mondo

Que-